suam sententiam commendabunt, docebunt, aut proponent, quan-
dem omnes xpiani principes contra se habebunt, quia omnes enixe desi[illegible]
ac petunt quod sedes apostolica dignetur mentem ecclesiae aperire si
potest per definitionem, sin minus ita ut sententia contraria depel[illegible]
ac omnimode de medio tollatur. ~

Sed quid? si fuisset quispiam (nescitur cuius zelus) qui proponeret, quod si a[illegible]
modo ulterius progrederetur in favorem piae opinionis B.tae M. Virg[illegible]
no in galia minime reciperetur, imo quod modo profitentur ab illis rej[illegible]
quod quidem timendum dicunt. etc. Ridiculum sane, ac non pium, [illegible]
tur impium, conare scilicet ne Beatissima Virgo Dei mater magis ac m[illegible]
sua conceptione honoretur. Quis non videat impossibile fore hoc accidere.
si fore praesumitur ex eo quod in galia profitentur (et adhuc illis toleratur [illegible]
cilium esse supra papam, et sic nihil absque concilio definiri posse;
nostro responderi, hic non agi de fidei definitione ut supra satis osten[illegible]
deinde, id quod petitur quod ecclesia mentem suam aperiat habetur in [illegible]
quasi de fide definitum, quomodo ergo non tolerabit quod minus [illegible]
rari petitur? siquidem hoc petitur non quasi definitum. in galia [illegible]
sitate sorbonensi a doctoribus iuratur et profitetur opinio pia, ab
aliis docetur tenetur, ac nullo modo contraria toleratur, quomodo ve-
nient aut non admittent quidquid sedes Apostolica in eius favorem
in galia (si fidei definitiones excipiamus) recipietur et amplexabi[illegible]
quid sedes Apostolica in gratiam et favorem concep.tis B.tae M. Vi[illegible]
dulserit fidelibus suis, praecipue si quod concessum et indultum fu[illegible]
inferioris ordinis quam quod ipsi profitentur, nimirum sententia[illegible]
fuisse non solum consonam fidei catholicae, rectae rationi, et sacrae
turae sed et cultui ecclesiastico. —

Ab correct. S. R. eccl.

Quidam asseruit, posse a Summo Pontifice diffiniri controversiam de conceptione B.ae V. eam tamen non esse deffinibilem.

Contra quam assertionem.

Arguitur 1°. id & id solum est diffinibile a S. P. quod potest definiri a S. P. sed ex concessis controversia de conceptione potest diffiniri a S. P. ergo controversia de conceptione est diffinibilis: maior est evidens, quia in nullo alio differt difinibile à non difinibile, nisi quod diffinibile est id quod potest diffiniri. & non deffinibile est id quod non potest diffiniri ergo si haec controversia potest diffiniri, ea diffinibilis est; ergo qui asserit eam posse diffiniri & non esse diffinibilem dicit aliquid esse tale & non esse tale, & concedit duas contradictorias simul veras, & non intelligit, imo neque apprehendit terminos & nescit quae asserit & quae negat: deberet ergo ut sibi constaret utrumque, quod idem ipsum est, aut asserere aut negare.—

2°. quia posse difinire est relatio transcendentalis activa & respectus correlativus ad objectum passivum diffinibile, ergo si ea controversia non est diffinibilis, sive objectum passivum diffinibile; non est, imo nec esse potest potestas quae posset eam diffinire. et est simile in potentia factiva seu creativa quae est relatio & ordo transcendentalis ad factibile seu creabile: si enim aliquid in se non est factibile seu creabile, ut sunt contradictoria, v.g. esse & non esse simul veritas & falsitas simul est. non est potentia factiva seu creativa talis objecti impossibilis: ergo si controversia de conceptione non est factibilis definita, seu non est diffinibilis. nulla est potentia quae possit illam diffinire; si talis potentia activa conceditur, necessario debet concedi passiva ad quam ordinatur utrumque esse potentiae activae taliter ut una necessario dependeat ab alia in ordine correlativo.—

3°. quia objectum prius natura intelligitur quam potentia ad illud sed diffinibile est objectum potentiae diffinitivae, ergo prius natura intelligitur quam potentia diffinitiva. maior probatur. quia illud prius natura intelligitur alio, a quo ipsum aliud dependet in suo esse; sed ab objecto passivo tanquam a termino transcendentali correlativo & quasi materiali dependet potentia activa cuius esse transcendentale est respectus ad illud, ergo objectum prius natura intelligitur quam potentia ad illud: minor etiam nempe quod diffinibile sit objectum potentiae diffinitivae, demonstratur: quia sicut omnis potentia activa est per ordinem ad objectum passivum ita ut nulla est potentia passiva nisi per ordinem ad activam, ita nulla

UNIVERSITARIA DE GRANADA

~~nulla~~ sit potentia activa nisi per ordinem ad ~~passivam~~ [ne]
quantum ad hoc ~~par~~ est ratio utriusque potentiae activae & pa[ssivae]
ergo potentiae activae diffinitivae, seu potentis diffinire est a[liquod]
obiectum passivum necessario. ~~an de hoc vagi [illegible]~~
hoc obiectum potentiae activae diffinitivae non potest es[se non]
diffinibile, ergo necessario est diffinibile. Quod obie[ctum]
potentiae activae diffinitivae non possit esse obiectum non di[ffinibile]
demonstratur; quia potentiae diffinitivae obiectum eo solum d[istinguitur]
ab eo quod non est obiectum eius potentiae, nempe eo quod obiect[um]
sit diffinibile, at non obiectum eius sit non diffinibile. ali[as]
potentiae essent obiecta contradictoria scilicet diffinibile [et non]
diffinibile, et ea potentia esset per ordinem ad ista contradi[ctoria]
& idem esset ac dicere, quod potentiae creativae obiectum est [creabile]
& non creabile, & potentiae visivae obiectum est visibile & [non visi]
bile. & eiusmodi alia prorsus absurda. —

4º. quia ex tali assertione sequitur quod Summus Pontifex [non possit]
diffinire hanc controversiam (in qua agitur de legitimo sensu
sacrae scripturae Pauli ad Ro. 5. & aliorum, de plenitudine gratiae
dictionis M. SS. luc. 1. de dignitate matris dei luc. 11. de
do pabulo verae doctrinae a pastore magno. de cultu dei & v[eneratione]
Deiparae. de sedando & pacificando grege dei, de obturando
hiantem impiorum haereticorum ecclesiam dei deridentium
tuendo consensu totius christianae catholicae plebis, gregis
pastorum, omnis nationis ordinis generis conditionis status quo[dam]
paucissimis exceptis ex una familia. quod esset contra s[ummam]
pro autoritate Romani pontificis & contra dei providentiam, qu[i]
promisit & exhibet se ipso dignissimam suae ecclesiae qu[am]
acquisivit sanguine suo) quia ex predictis, non es[t potes]
tas ad diffiniendum nisi in ordine ad obiectum diffinibile
si haec controversia non est diffinibilis a S. P.ce eam n[on] po[test]
summus pontifex diffinire. quod est contra iure concessa.

+ iudicare — 5º. quia + S. P. posse aliquid diffinire, & illud aliquid esse diff[inibile]
a S. P.ce est idem met conceptus formalissimus diversimode s[igni]
catus ex parte potentiae activae et ex parte potentiae passiv[ae]
quod Deus possit creare mundum & quod mundus sit crea[bilis]
a Deo. ergo sicut qui negaret mundum esse creabilem a [Deo]
negaret a Deo posse creari mundum, ita qui negat ali[quid]
esse diffinibile a R.º pontifice, negat id definiri posse a R[omano pontifice]
consequentia est clara. antecedens demonstratur. quia illa sunt unigere[pe]
conceptus formalis quae in eodem conceptu uniformi formaliter includuntur [...]
respondet idem conceptus obiectivus. v. g. ens reale actu, & ipsi[...]

extra nihil. quorum neutrum potest intelligi sine altero & utriusque
est idem conceptus objectivus, sive idea objectum repraesentatum in concep
tu formali, ergo idem est posse aliquid diffiniri & esse diffini
bile, ergo qui negat diffinibile a R. pontifice negat posse diffiniri
a R.o pontifice. & qui concedit posse diffiniri a R. P.ce concedit
esse diffinibile, ergo qui utrumque dicit nempe posse a R. P. diffi
niri & negat esse diffinibile sibi met ipsi foedè contradicit.
6o. quia omnia illa quae probant posse a R. P. diffiniri istam
controversiam ex dictis nec.o probant eam esse a R. pontifice
diffinibilem vel nihil probant. —
7o. quia omnia quae possunt adduci in contrarium ad probandum
hanc controversiam non posse diffiniri seu non esse diffini
bilem habent evidentissimam solutionem, quod satis esset: si
enim quis asserat aliquid esse factibile perstat firmus
in sua statione et assertione, interim dum non inde dejicitur
valido aliquo telo aut tormento argumentationis oppositae;
ergo si quis, ut par est, asserat istam controversiam esse
diffinibilem, assertio haec permanet firma & stabilis dum non
dejicitur & prosternitur robore alicujus argumenti contrarii,
sed tale argum.tum validum non est, sed quae adduci possunt sunt
tela ficulnea; & quae ob oculos objici possunt non sunt tela
sed disparatae telae aranearum quae vel levissima aspiratione dissipa
rent, ergo intemerata manet in solida petra ecclesiae Petro &
ejus successori fundata veritas & ab ipso posse hanc con
troversiam de intemerata virginis deiparae conceptione diffi
niri ~~a R. P.ce~~ & illam ab ipso R.mo pontifice esse diffinibilem: quod idem est.
8. denique non immerito cum de diffinitione agitur in decretis bul
lisque pontificum tam active refertur cum R.a ecclesia & S.ta sedes
nihil hactenus diffinierit, tam saepius passive. cum nihil si[c]
fuerit diffinitum. & donec hic articulus fuerit diffinitus:
sed nihil pot. esse diffinitum nisi fuerit diffinibile, sicut nil
potest esse creatum, nisi fuerit creabile, nihil esse visum
nisi fuerit visibile.* ergo cum dicunt fuerit diffinitum, suppo
nunt esse diffinibile. & cum dicunt donec, supponitur id
factibile. exempla sunt verba SS. manete in Jericho donec
crescat barba vestra. sede a dextris meis donec ponam
inimicos tuos scabellum pedum tuorum. mortem d.ni annun
tiabitis donec veniat. habemus firmiorem propheticum sermo
nem cui benefacitis attendentes donec dies illucescat & lu
cifer oriatur in cordibus vestris. — manete in civitate donec
induamini virtute ex alto. — donec autem tendit ad futurum factibile
ergo. &c

*nec quis potest ni divisibile

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA